Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

nes passa. Iam tunc id agens infan-
tula. quicquid sibi remansisset in mensa
collectis aliis parvulis lavans capi-
ta singulis compositis sedulis porri-
gens aquam manibus. ipsa inferebat
ipsa miscebat infantulis. Hoc etiam
premeditans cum samuele parvulo
clerico. facta cruce lignea precedenti
subsequens. psallendo adoratorium
gravitate matura simul parvuli pro-
perabant. ipsa tamen cum sua veste
pavimentum nitidans. circa altare
vero cum facterio iacentem pulverem
colligens. cum reverencia recondebat
pocius quam vergebat. Quam preparatis
expensis victoriaco voluisset eam
accipere rex predictus. per beralcham ad
tegias nocte cum paucis alapsa est. De-
inde suessionis cum eam duxerisset ut re-
ginam eligeret. evitans pompam
regalem ne seculo cresceret. sed cui de-
bebat. et humana gloria non mutatur. Nup-
sit ergo terreno. nec tamen separata celesti.
Ac dum sibi accessisset secularis pote-
stas. magis quam permittet dignitas.
se plus inclinavit voluntas. Sub-
ditas deo semper sectans monita sacer-
dotum. plus participata christo. quam
sociata coniugio. Isto in subtempe-
rentiam eius patefacere. de multis pauca
que gesserat. Igitur principi iuncta
mens ne deo degradasset. cum mundi
gradu proficeret. sed cum sua facultate
ecclesiam dedicavit. Nam cum sibi ali-
quid de tributis accederet. ex omnibus
que venissent. ante dedit decimas
quam reciperet. Deinde quod superat mo-
nasteriis dispensabat. et quo ire pe-
de non poterat. misso munere tribuebat. ad
cuius munificenciam nec ipse heremita

se abscondere potuit. Sedne premeret a
sarcina quod accepat erogabat. apud
quam egeni vox invenit. sonuit. nec
ipsa surda preteriit. sepe donans indu-
menta. credens sub inopis veste christi
membra se tegere. hoc reputans se perdere
quod pauperi non dedisset. Adhuc ani-
mo tendens ad opus misericordie ad tegias
domum instruit. quo lectis compositis
aggregatis egenis et feminis. in ipsa
lavans infirmitates morborum curans
putredines virorum capita diluens.
Ministerium faciens quos antea lave-
rat. eisdem sua manu miscebat. ut
fessos de sudore sumpta pocione recre-
aret. Sic devota femina nata et
nupta regina. palacii domina. pauperibus
serviebat ancilla. In mensa ut occul-
te ne cognosceret ab aliquo ante po-
sito leguminis ferculo. inter epulas
regum. more tamen puerorum faba vel lenticu-
lo delectabiliter vescebatur. Decursu
vero cantando excusans se regi aliquo
casu. et si sederet in prandio ut deo red-
deret debitum. se subducebat convivio.
Quo egressa domino psalleret. et curio
se requireret. quali cibo foras pau-
peres refecisset. Item nocturno tempore
cum reclinaret cum principe. rogans
se pro humana necessitate consurgere.
Levans egressa cubiculum. tam diu ante
secreta orone incumbebat iactato cili-
cio. ut solo calens spiritu iaceret gelu
penetrata. tota carne premortua. non cu-
rans corporis tormentum. mens in-
tenta paradiso. Leve reputans quod
ferret tantum. ne christo vilesceret. Inde
regressa cubiculum. vix tepefieri po-
terat vel foco vel lecto. De qua rex dice-
bat habere se iugalem monacham. quam